



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac Ex Probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1713

Q. 68. Quid observandum sit, si concio habeatur tempore Missa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42624

474. §. 4. In vigiliis semper dicitur præfatio communis (excipe Epiphaniæ, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes, licet si infra Octavas habentes propriam uti videre est in vigilia S. Joannis occurrente infra Octavam Corporis Christi).
475. §. 5. Si vigilia impediatur à festo digniore, ultimum Evangelium est de illa, exceptis feriis Quadragesimæ vel quatuor temporum, tum enim legitur Evangelium feriæ.
476. §. 6. In feriis Adventus, si resumatur Missa Dominicæ, omittuntur *Akkeluja* & versus sequens. A Septuagesima ad Quadragesimam, si resumatur Missa Dominicæ, etiam omittitur *Tractus*.
477. Q. 68. Quid observandum sit, si concio habeatur tempore Missæ. R. §. 1. Concio habetur statim post Evangelium vel post Credo, si dicatur, & Rubricæ vetant, ne habeatur post oblationem Quod si celebrans ipse concionetur, deposita casula & manipulo sedet ad cornu Evangelii, vel ascendit cathedram.
478. §. 2. Qui coram Episcopo loci sub Missa tantum est concionaturus, circa initium Evangelii genuflexus petit ab illo benedictionem per, *Sub domine benedicere*, osculatâ Episcopi manu, postmodum in cathedra facit profundam Episcopo, aliis autem capitis inclinationem.
479. §. 3. Si venerabile sit expositum in concione, stat nudo capite, nisi velum interponatur ante Sacramentum; aliqui tamen volunt hoc tantum esse observandum, si concionetur intra Chorum, in quo Sacramentum prostat, secus si cathedra sit in navi templi seu infra Chorum, *Lohner*; sed praxis habet, si inter cathedram &

Sacra-

Sacramentum expositum nihil intercedat, ut
concio fiat nudo capite

Q. 69. *Quid notandum sit circa inclinationes in* 480.
Missa. R. *Seqq. §. 1. Quadruplex est inclinatio,*
1. solius capitis; 3. humerorum simul: 3. pro-
funda seu medii corporis. 4. genuflexio.

§. 2. *Solius capitis inclinatio versus crucem* 481.
fit, quoties dicitur, gloria Patri, vel Oremus. Ad
Gloria in excelsis, quando dicitur, Deo, Adora-
mus, Gratias agimus, Iesu Christe, Suscipe deprecatio-
nem. Ad Credo, Quando dicitur, In unum Deum,
Iesum Christum, Adoratur Ante Præfationem
quando dicitur, gratias agamus Deo nostro. Dum
facit memento pro vivis ad tibi gratias agens an-
te consecrationem, & sub utraque consecratio-
ne. Post memento pro Defunctis, quando dici-
tur, per eundem Christum Dominum nostrum. In
Quadragesima, quando dicitur, humiliare capita
vestra Deo. Post, Ite Missa est, quando dicitur,
placeat tibi S. Trinitas, & statim post, quando di-
citur, Benedicat vos omnipotens Deus. Etiam fit,
quoties abit vel reddit ad medium altaris non
habentis Venerabile expositum. Item quoties
pronunciat nomen Iesu vel Mariæ vel Sandri, de
quo celebratur, aut fit commemoratio. Aven-
danno apud Gob. tr. 3. in App. nu. 73 1. dicit
etiam fieri ad nomina, Trinitas & Venerabile Sa-
cramentum, quando de his legitur Missa. Si sub
Evangelio, occurrat aliquod sacrum nomen,
inclinatio fit versus librum. Quamvis autem
Lohner dicat ad nomen Papæ etiam inclinan-
dum esse caput, tamen hoc nullibi reperio præ-
scriptum.

§. 3. *Humerorum inclinatio fit post psal-* 482.
mum Judica, quando dicitur Deus tu conversus